

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XXXIX. Sit à rixis & iurgiis alienissimus, inprimis contentiones & pugnas cum
Collegis suis studiosè vitet.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

cum irasci oportet. Nam iram justam si non habeat, flaccescet disciplina, impunè grassabuntur scandala & vitia. Iracundiam igitur, non iram quamvis, non Zelum justum & ardentem pro Dei gloria arcet Apostolus ab episcopali munere. Iracundia enim rationem omnem, mentem ac intellectum sic excutit, ut à furioso, nisi temporis brevitate, nihil differat, qui hoc animi impetu laborat.

Qui frenum iracundiae suae laxant, omnia agunt turbulenter, & ex animi aestu haud rarò vel dicunt vel faciunt, quae plus destruunt, quam aedificant, inquit B. Aeg. Hunnius Comm. in h.l. Fugiendum proinde hoc praeceptum animi vitium Ecclesiae Antistiti, qui typus esse debet mansuetudinis. Benè Aquisgranense Concilium cap. 33. *Iracundi Doctores per rabiem furoris disciplinae modum ad immanitatem crudelitatis convertunt, & unde emendare subditos poterant, inde potius vulnerant. Et quâ ratione docebit alios hoc vitio irae temperare, qui se ipsum ante non docuit, inquit Chrysostomus* in Com. Epist. ad Tit. cap. 1.

XXXIX.

Sit à rixis & jurgiis alienissimus,
inprimis contentiones & pugnas
cum

cum Collegis suis studiosè vitet.

Ἐξηγησις.

Quisquis contendit, iurgatur, calumniatur
& dissidium inter fratres serit, lingvâ
Diaboli loquitur, inquit Erasmus Libello de
Lingvâ pag. 440. Quamobrem Ecclesiæ
Ministri, qvi lites & contentiones amant,
excitant, foveant, graviter peccant, & Diabo-
lo lingvam commodant. Apostolus gravi
consilio hoc inseruit Canoni Episcopali 1.
Tim. III. 3. dum ait; Oportet Episcopum esse
ἀμαχον, non litigiosum, à rixis & pugnis alie-
num, nicht Haderhafftig/ ut rectè vertit B.
Lutherus. Loquitur enim de pugnâ non tam
verberum (de quâ præcessit in voce πλήκτης)
quàm verborum, quam etiam notat 2. Tim.
II. 23. 24. inqviens; Stultas & incruditas que-
stiones rejice, sciens eas gignere uixas, pugnas.
(i.e. lites, iurgia, λογομαχίας, 1. Tim. VI. 4.) Ser-
vum autem Domini ὁ δεῖ μάχεσθαι, non oportet pu-
gnare, i.e. temerè litigare, rixari, λογομαχεῖν, ver-
bis contendere. 2. Tim. II. 14. Et quando di-
cit Apostolus 1. Tim. III. 3. & Tit. V. 7. δεῖ τὸν
ἐπίσκοπον εἶναι μὴ πλήκτων, non percussorem,
Chrysostomus Homil. X. in 1. Tim. 3. & in Com.
Tit. I. Hom. 2. itemque Hieronymus hanc quo-
que vocem ad lingvæ verbera sive convitia
refe-

refe-

referunt, ut sensus sit; requiri ab Episcopo ut non sit *πληκτής*, *percussor*, i. e. qui lingvâ non feriat, non jurgetur, non convitiatur, non maledicat, &c. consentit *Erasmus* in annotation. inqviens; *Non pertinet hoc (μὴ πλήκτω) ad violentiam manuum, sed acerbiteratē lingvæ, ne sâvus & improbus sit objurgator. Quid enim magni sit, si Episcopus temperet manibus? Alii utrumque conjungunt, intelliguntque per- πληκτῆν eum, qui digladietur cum aliis, eosque percutiat, sive valido pugno, sive calido verbo, seu qui pronus sit ad percutiendum verbis & verberibus. B. Balduinus Com. in Epist. ad Tim. & Titum ad loca citata dicit; Percussionis vocem tria complecti, Manum, Lingvâ & prævum exemplum; Scil. intelligi possēt. propriè & crassò modo de eo, qui manus in alium injicit, eumque vulnerat aut prorsus occidit, 2. metaphoricè de percussione lingvæ. Sunt enim, inquit, & verbera lingvæ apud Horatium lib. II. Carm. Od. 22. & David lingvas calumniantium gladiis acutis comparat Psalm. 65. v. 5. & Inimici Jeremiæ dicunt; Venite & percutiamus eum lingvâ Jer. 18. v. 18. -- Episcopi ergò percussores fiunt, quando animi sui impetum nimis procaciter effundunt in alios, quos officii ratione repræbendunt --- 3. percussio etiam fit, cum malo exemplo*

emplo auditores suos ad vitia impellunt &c. Sed
 rectius illi sentire videntur, qvi per *πλήκην* in-
 telligunt eum, qvi faciles habet manus ad
 verberandum, five qvi facile manu cædit; &
 illatam qualemcunque injuriam mox verbe-
 ribus ulcisci solet, qvòd vitium *παροινίαν*, seu
 ebrietatem ferè comitatur, utpote quæ *in præ-*
liat trudit *inermem*. Quando ergò vult Apo-
 stolus Episcopum esse *μὴ πλήκην, ἀλλ' ἀμαχόν*,
 requirit, ut modò non paratus sit ad percu-
 tiendum, sed etiam abhorreat à rixis, conten-
 tionibus & pugnis cùm in redarguendo ad-
 versarios, ita ut illos gravibus in vectivis pas-
 sim, etiam nullâ datâ occasione; non tradu-
 cat, tùm in corrigendo peccatores. *Charitas e-*
nim emendat, contentio irritat. Pessimumq; est
 in pulpito indignationem in alios præ se
 ferre Hinc vult Apostolus, ut *Τιμοtheus* as-
 fiduè inculcet suis in Evangelio *σωτέρας*, cum
 obtestatione coram Domino, futuro iudice
 & vindice, *μὴ λογομαχεῖν*, ne verbis conten-
 tiosè digladiantur; Est autem *λογομαχεῖν* (ver-
 ba sunt *B. Gerhardi Comm. in h. l. p. 37.*) 1. cùm
 dere ipsâ constet, de verbis odiosè conten-
 dere. 2. uti ratione disputandî contentiosâ
 & litigiosâ. 3. in disputando laudem victo-
 riæ, non veritatem quære. *Augustinus lib. IV.*
de doctrin. Christ. cap. 28. Verbis conten-
dere,

dere,

dere, est non curare, quomodo error veritate convincatur, sed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius. Subjungit ingens damnum S. Paulus, quod ex λογμαχίας sequitur, inquit; ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. q. d. λογμαχία non solum carent omni fructu, sed etiam vehementer nocent Auditoribus, qui contentionibus huiusmodi turbantur in fide & pietate. Docet quoque Hieronymus Epist. 84. ad Oceanum. quam lites dedeçant Episcopum, inquit: Nihil impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, & parati semper ad lites, in subjectum sibi gregem tumidis sermonibus tonant. Nec pugnas moveat Minister Ecclesiæ cum Collegis suis, vel ad eas se ab aliis pertrahi patiat. Scandalum enim præbent ejusmodi lites & contentiones, & Verbi fructificationem impediunt. Nihil est, quod omnes fructus spirituales ita subruat, inquit Carol. Regius in Orat. Christ. Lib. IX. c. 44. & ut ille ait, sternal fata læta, boumque labores, ut tales rixæ ac emulationes inter ipsos Concionatores. Quanto enim magis aliqui à populo videntur delectari huiusmodi litibus, tanto majus scandalum patiuntur, & offenduntur & Verbi Dei auctoritas deperit. Invicem sese lacerantibus & calumniantibus Sym-
mytis,

mystis, omnis honesta disciplina collabitur. Cum in Synodo Nicæna multi Episcopi Libellos Criminationum invicem intentarunt, siue privatas inter se accusationes Imperatori, Constantino M. exhibuissent, is obsignatos omnes asservari jussit, & Synodo jam finitâ in ignem omnes conjecit & combussit, addens: *Sacerdotum crimina & vitia non esse populo aperienda, ne ille inde causâ offendiculi arrepta, licenter peccare aggrediatur, ut referunt Sozomenus Lib. I. c. 16. Rufinus Lib. I. c. 2. & Theodoretus Lib. I. c. II.* Non committendum, ut inter Christianos sint & gliscant jurgia, multò minus odia. In Ecclesiâ præcipue sancta pax floreat inter docentes. *Nec enim tam sinistra opus est dextrâ, quàm Ecclesiâ doctorum concordia, ut piè affirmat Basilius.* Hinc benè monet Ignatius ad Polycarpum Epist. II. Col. 26. *Unitatis curam habe, quâ nihil est melius. Gloria est viro, quiescere à lite, & omnis stultus admisceat se liti, inquit Salomon. Proverb. XX. 3. Virtus ipsa est, inquit Dn. D. Geierus Com. in h. l. p. 1069. quiescere à lite, h. e. non temerè ansam litigandi vel captare vel oblatam arripere, vel aliis invidiam concertantibus se immiscere, sed debitâ lenitate tum internos animi proprii motus reprimere, tum externa lingua verba ita temperare, ne*

convitiis aut scommatibus reponantur convitia,
 verbis aculeatis, aculeata, maledictis, maledi-
 cta. &c. Et sanè, quo quisque rudior, hoc su-
 perbior & ad rixas pronior, contra doctiori-
 bus, in studia assiduis non vacat rixari, inquit
 B. D. Dannhaverus Tom I. Theol. Conscient.
 pag. 994. Idem pag. 1091. inter status Eccle-
 siastici corruptelas refert Simultates cum
 confratribus natas vel ex æmulatione dono-
 rum & favorum, vel ex teneritudine affectu-
 um nimia &c. Fugiat igitur Præco fidei o-
 mnem rixandi occasionē, in primis cum Col-
 legis suis vinculum unitatis & fraterni amo-
 ris cordatè servet, illatas fortè injurias dissi-
 mulet, offensiones fortiter ferat & condonet.
 Etiam cum iis, qui pacem oderunt, pacificus
 sit. Atq; ut concordiam & pacem obtrineat,
 ἐπιεικής se sectetur, quam & Apostolus verbo
 immediate præcedente 1. Tim. III. 3. requirit.
 Est autem ἐπιεικής juxta Aristotelem Lib. V. E-
 thic. ad Nicom. cap. 10. in fine, *ὅστις οὐκ ἐπι-
 ἀναγκάζει τὸ δικαίον, ἀλλ' ὡς ἂν ἴσται*, i. e. qui
 non urget jus suum ad iniquam partem, sed de ju-
 re suo (pacis causâ) concedit, etiam si lege ad-
 jubetur. Ubi Budæus dicit vocari ele-
 mentem veniæ concessorem, sive qui ferre po-
 test, quæ in ipsum admissa sunt, ut explicat
 Theodoretus. Exortum quidem triste satis
 dif-